

generalis, secundum quam omnes in celo locabuntur et sine qua nulli est salus. quia non omnes monachi simul ponuntur vel omnes minores simul, sed unus multo altius quam alter, vel omnes grisei etc. hujusmodi, sed secundum istam regulam generalem. igitur omnes docere hodie intendo. ideo *illam regulam* notate omnes diligenter et semper servate. dico ego et vos doceo, et hoc est scientia sanctorum, per quam et ipsi potestis sanctificari et sanctorum fieri socii, si hoc scitis et secundum hanc vos regitis vel regulatis, et hanc scientiam sanctorum diligenter audite et discite, ut semper sciatis et vivatis, sine qua impossibile est vos posse salvari. (unum, ut bonis operibus nullum mortale peccatum sit admixtum. — secundum, ut, si bona facis, quod illa discrete facias etc.) Darin darf man nicht unwissend sein, Sanct. 18, 2: — quia hec duo pre omnibus horret (Christus). quorum unum est *ignorantia*, quam assumere noluit, quia hoc nec homini profuisset, nec Deo decessisset. Dagegen besteht die Weisheit der Welt eigentlich nur in Habgier, Freib. 1, 240<sup>a</sup>: — quos vocamus *sapientes*, tam clericos quam laicos, qui multis deceptionibus decipere nituntur semper, maxime una, qua plurimos deceperunt. quam si cavetis, vix aliquis vestrum dampnatur, hoc dicitur avaritia. proponunt vobis, quod, qui domum regere oportet, filios et hujusmodi, multis indiget, et ideo, ne deficiatis vel aliis fiat contemptibiles, lucremini sicut potestis, rapiendo etc. sed Deus Pater misit Filium suum unigenitum, mandavit vobis contrarium. Unter den zehn Geboten ist das vierte leicht, Spec. 87, 1: qui hoc (4. Gebot) servare noluerit, *cum sit leve*, juste dampnatur, cum hoc, judei, heretici, pagani serviant, et immo et jumenta et volucres, canes et pulli, sequantur matrem. et ideo *non est magnum, hoc servare*, sed magnum valde obmittere. Christenpflicht ist das Gebet, bei dem Andacht erfordert wird, aber keine falsche, Freib. 2, 56<sup>a</sup>: vere magna et inenarrabilis superbia, quod tantum Dominum audes contempnere pro tam modica re. permittit diabolus eum multa bona facere, dummodo sit in uno mortali et illum per hoc teneat, ut nisus cum ligamine, quem puer docet volare et cum longa zona permittit hinc inde volare, et cum ultimo credit avolare, retrahit. sic diabolus bene permittit aliquem ire ad ecclesiam, ad indulgentias, immo ad sanctos, ad sanctum Eli-